

Præterea non videtur prætereundum memoriæ vitium, à quo nomen hoc malum sumpsit. Itaq; iam
aptè dicere poterimus, lethargum esse soporem præter naturam, continuum, cum febre lenta, & obli-
guione ob cerebri vitium natum; quanquam tamen Galenus trigesimo secundo textu, quinti comen-
tarij sexti libri de morbis vulgaribus, lethargi nomen extendere videtur ad alias soporoslos affectus:
nam illic scribit somnum, qui difficultem habet expergefactionem, quicq; per lethargicas affectiones ac-
cidit, vocari coma, & cataphoram: sed generalius tune, & impropriè illius nomen usurpatur. In lethar-
go verò propriè dicto adest febris, & ea quidem lenti: quoniam causa eius (vt postea ostende-
mus) est pituita: laborat quoque memoria, & forte etiam ratio, vt Galenus secundo libro de Locis af-
fectis testatur, sed potissimum in memoria vitium est: sed quale (quæso) nam scribit idem author
eo loco rationem, & memoriam perire: quod intelligendum est, dum laborant ægroti, non quod fun-
ditus hæc percant, adeò vt restitui nequeant: quamquam tamen quosdam vidimus lethargicos, racio-
nari, & recordari, sed delibiliter vtrique officium exercere: adeò vt rectius dicatur debilē in illis esse
rationem, & memoriam, non autem abolitam esse. Addit etiam idem author lethargicos, nec sentire,
nec moueri, quod intelligendum est, ægrè eos sentire, & infirmos habere motus, quod idem author
libro tertio de Causis symptomatum ita interpretatur: quum scribit in lethargo motus fieri torpidos:
quod etiā de alijs omnibus actionibus est intelligendū: nō enim pereunt sensus & motus, alioqui ef-
set apoplexia: respondent enim quum interpellantur, & oculos nonnunquam aperiunt ad vociferatio-
nes: quod signum est eos sentire, suosq; motus seruare. Est porrò lethargus simplex, vt Galenus ini-
tio libri prorrheticorum pronunciat, qui fit ex uno humore: aliquando vero mistus, & fit affectus ex
phrenitide, & lethargo compositus: quem à quibusdā typhomania idē author vocari scribit. Præterea
coniungitur aliquando lethargus cum conuulsione, & nonnunquam repente, aliquando vero paula-
tim oritur, nonnunquam incipit, aliquando vero ex phrenitide male curata, præter modum refrigerato
capite, nascitur. Lethargi causas negligentius, varieq; explicat Galenus: etenim libro tertio de locis
affectis scribit, lethargum à vchementi frigore fieri. Item ob interperiem totius substantiæ cerebri:
textu vero primo commentarij primi prorrheticorum, lethargus inquit sit, quum pituita locum in quo
princeps animi pars residet, humectauerit, & diluerit. Quinetiam trigesimo primo tertij eiusdem sit,
lethargus sit à pituitoso humore: quod si adiungatur bilis, mistam faciet affectionem, ex lethargo, &
vigilia, vel paraphrosynem. Scribit primo de causis symptomatum, & tertio, eundem nasci à nimia hu-
miditate, aut frigidate coeuntibus inter se, vel separatis. Aphorismo autem tertio secundi libri, vche-
mentem frigiditatem cerebri cum humiditate mistam, causam lethargi esse pronunciat. At in libro
de atra bile, non qualemcumque humorem, sed lentum, & crassum esse vult, qui lethargum faciat: li-
bro vero decimo tertio methodi, humorem vult putreffare in lethargo, in alijs autem soporibus mi-
nimè, & merito quidem: non enim febris necessario sequeretur, nisi adesset putredo in capite: quoniam
ob solum obstructionem in illis locis febris non accedit. Quod si ita est, constat nec à solo frigore,
nec à sola intemperie cerebri, nec simpliciter à frigido, & humido labore, sed ab humido, nempe pi-
tuita putrescente, quæ absolutè frigida dici non potest, huiusmodi affectum committi. Quod etiam
ostendunt remedia huic mālo descripta: frustra enim vacantia, extenuantiaq; adhiberentur, si sola vige-
geret intēperies. Frustra sanguis demeretur, si sola pituita absq; putredine molesta esset: Quare Grā-
maticus Tubingensis, qui illius causam esse pituitā dicit nimio frigore, & humore cerebrum imbueat,
errat vna cū Paulo à quo hæc ad sūp̄sit. Neq; n̄ ita separat à comate, & caro lethargus, si pituita sim-
pliciter cā esset, nā alios sopores pariter cōmittit, sed hæc nūc sufficiat de differētijs, & causis soporū.

De facultate Somni & Vigiliae. Cap. XXVIII.

METHODVS est Hippocratis, qua docemur explicandum esse quid res sit, de qua agi-
mus: quot item habeat species & differentias, quid præterea illa agere, aut pati valeat,
quamobrem quum ex superioribus pateat, quid somnus sit, & vigilia, & quæ, qualesq;
illorum differentiæ, & causæ, supereft ut doceamus, quænam sit illorum vis & facultas.
Egimus quidem de hac re antea, vbi de fine somni tractauimus, sed obiter, nec quantu-
rei difficultas, aut quæ de ea re apud maiores nostros sunt excitatae, & adhuc extant controvertia,
postulat. Ac illud imprimis sciendum est, hic non quæri, quid somnus & vigilia facere, sed quid
per somnum & vigiliam in nobis fieri possit, nam ut antea docuimus, nec somnus, nec vigilia uim
aliquam habent agendi, sed calor ipse, qui somni, & uigilia est causa. Quod si somni nomine ali-
quando utemur, dicemusq; illum aliquid præstare, id faciemus vulgarem, & breuiorem docendi mo-
dum sequuti, ne quis statim nos à nostris principijs dissentire calumnietur. Igitur quidam sunt, qui
credunt semper corpus refrigerari dormiendo, alij humectari, alij exsiccati. Sunt quid damnent bre-
ues somnos, vel longos. Scribit enim Celsus, corpus illis extenuari, impleri uero eodem pleno, & nō
nimis longo. Sunt qui modum mediocrem somno cōstituant: eum enim esse qui septem horarum est,
& cuncte utilem esse, noxiū autem, & longum qui hoc tempus excedit, breuiorem uero quām expre-
diat,